

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Praxis III. Tempore Nativitatis Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

plexus est, dum te Matrem suam, vel in  
ipso mortis agone cecinit. Ah Mater di-  
lectissima; ego ad ultimum usque hal-  
lum te diligam. Supremum verbum me-  
um, sic sanctum nomen tuum, in hoc cui  
amore, dulci fruas sopore: sic tu dilecta-  
mibi, & ego dilectus tibi, ero & eris in  
seculum. Amen. Ave Maria.

### Praxis II. visitandi Venerabile Tempore Adveniūs

**R**umina illustriora beneficia, qualia  
sunt. 1. Eternae Dei dilectio & pre-  
destinatio. 2. Creatio. 3. Conservatio. 4.  
Redemptio. 5. Iustificatio. 6. Vocatio  
ad statum. 7. Glorificatio. Laudes & gra-  
tiarum actiones subjunge.

### Praxis III. Tempore Nativitatis Domini.

**E**xpende septem Christi Domini visita-  
tiones: quarum 1. facta in Incarnati-  
one. 2. In Visitatione S. Elisabethae. 3. In  
Nativitate. 4. In Purificatione. 5. In  
fuga in Egyptum. 6. In variâ predic-  
tione. 7. In descensu ad Limbum. Ex-  
ce virtutes Theologicas, & beneficia in hi-

pt.

petita visitationibus, tibi quoque confer-  
ni in tuis visitationibus roga. Ut supræ

## Praxis IV.

*Tempore Septuagesimæ.*

**V**ENIO ad te in Templum, Rex su-  
preme, cum Virgine Matre primo-  
genitum suum sistente & offerente: & li-  
bertatem meam, velut primogenitam, ad  
omne beneplacitum tuum sisto & offero,  
luscipe eam in odorem suavitatis & gratiæ  
tuæ perfice.

II. Curro ad te, Magister optime, ve-  
luti Magdalena, ut sedens ad pedes tuos,  
audiam quid loquatur in me Dominus:  
loquere, ergo, Domine, quia audit servus  
tuus: Domine quid me vis facere?

III. Festino ad te, cœlestis Medice,  
velut alter Paralyticus, qui sine ope gratiæ  
tue, nec manum nec pedem meritorie  
moveare valeo: Domine si vis potes me  
sanare.

IV. Accedo ad te, divine Archiater,  
tanquam Centurio Evangelicus, & cum  
profunda reverentia ac humilitate adoro  
& demissè osculo, ut animam meam